

Elenchus Lectionum In Alma Fridericiana Publice Et Priuatim ... Habendarum

WS 1764/1765 : Elenchus Praelectionum, Tam Publicarum, Qvam Privatarum, Qvibus In Academia Fridericiana Buetzoviensi, Omnium Ordinum Professores, Privatique In Munere Praelegendi Constituti Doctores, Post Festum Michaelis A. MDCCLXIV. Ad Festum Paschatos A. MDCCLXV. Operam Navabunt

Buetzovii: Typis Fritzianis, 1764

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784940194>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





J. 594.5

~~M-1259(1)^s~~

M. 8 1764
65.

ELENCHUS PRAELECTIONUM

TAM PUBLICARUM, QVAM PRIVATARUM,

QVIBUS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANAE
BUETZOVIANAE,

OMNIUM ORDINUM

PROFESSORES,

PRIVATIQUE IN MUNERE PRAELEGENDI CONSTITUTI

DOCTORES,


POST

FESTUM MICHAELIS A. MDCCLXIV.

AD

FESTUM PASCHATOS A. MDCCLXV.


OPERAM NAVABUNT.



BUETZOVII,

TYPIS FRITZIANIS.

M. 1259/1)



PROFESSORES.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. in prælectionibus *DOGMA-TICIS*, *POLEMICIS*, & *EXEGETICIS*, juvante Deo, ita perget, ut singulæ præstituto tempore verno rite absolvan-tur.

D. GOTTH. TR AUG. ZACHARIAE, S. S. Theol. Prof. P. O. quas inchoavit, Theologiae *dogmaticae* atque *mo-ralis* institutiones per tempus semestre hibernum sedulo conti-nuabit & ad finem perducet, praetereaue offert controuersia-rum *Theologicarum* illustrationem, quam Theologiae *polemi-cae* nomine appellare solent; horam ei tradendae commodissi-mam suo tempore in tabula publica indicaturus.

IN

IN FACULTATE JURIDICA.

D. ERN. JO. FRIED. MANNZEL, SEREN. DUC. REGN.
Consil. & Jur. Prof.

Per labentem periodum æstivam, testibus multis Dnn. Auditoribus, docuit & fideliter absolvet, *Lectiones, Juris Civilis & Criminalis: Juris Feudalis & Canonici; item Diplomaticas atque Oeconomicas pariter ac Praxin.*

Per instantem, alteram periodum, D. v. bonis conditionibus adornabit *Collegium Juris Mecklenburgici*, sub rubro: *Flores, Jurium Meckl. theoretico-practici, etiam critico-curiosi, sparsi, qva Jus Civile, ad Schoepferi Synopsis & Heineccii Elem. Pand. & Institut.: Qva Jus Feudale, ad Strykii Examen: qva Canonicum, ad Kablii Elementa: qva Jus Germanicum Præter-Romanum, ad unum vel alterum scriptorem excellentem: qva criminale, ad textum Constit. Carolinae. Dabit universam doctrinam, de Fontibus Juris Meckl. & Bibliothecam, Juris Patrii juxta ocularem inspectionem; Qva Jus Publicum, dicet prudenter dicenda.*

Et qvia *Bibliotheca Juridica* communicat omnem Jurisprudentiam, faciet, Dnn. Commilitonibus *modernam Bibliothecam*, constantem, ex *Mille libris & scriptis*, methodice, juxta species Jurium dispositam. Perlustratio fiet singulorum cum summaria recensione, qvalis Novellis literariis est propria. Historici, Antiquarii & Critici erunt in numeratis.

Qva Praxin & Disputationes domesticas, repetit, sibi perpetua.

Qva alia, qvæ ab ipso expectari, per retroprobata, qveunt, non deerit prudenter ambientibus.

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG, AA. LL. M.
Phil. & Jur. Vtr. D. huiusque P. P. O. scholas iuris per instans semestri hibernum aperturus, ducet cupidam legum iuventutem ad fontes, ex quibus iuris nostri tam naturalis, quam civilis scientiam haurire possint. Ipsius enim naturae praecepta de iu-

sto & iniusto, honesto & turpi, aequo & iniquo ex summi omnium mortalium legislatoris voluntate necessaria deducet, *hora IX* commentaturus ad *WOLFFII* libellum, quem inscripsit: *Institutiones iuris naturae & gentium*. Romanorum vero legum lationes & placita duplici via explicare & illustrare studebit, quarum altera breuem & succinctam iuris romani notitiam exhibebit, *hora XI* explicaturus *HEINECCII* elegantem libellum, quo tradidit *elementa iuris civilis secundum ordinem institutionum Iustiniani*, altera omnem prudentiam legum romanarum vberius & latius exponet, *horis X & II* post meridiem singulis diebus interpretaturus *BOEHMERI introductionem in ius digestorum*. Vtramque viam ingressus ita procedere studebit, vt nec vanae & inanes doctorum opiniones, nec ea, quae corrupta interpretandi ratio, nec denique quae vsus & mos tyrannus sapientiae romanae adfinerunt a iusto tramite ipsum deducant, sed vt haec omnia quidem, attamen, vt falsa, inepta, inconcinna, cognoscantur, probe vero beneque ac distincte ab ipsis legibus fecernantur, haeque antiquitatis & historiae lumine ex optimorum veterum scriptorum auctoritate desumpto distinguantur, & quae germanorum mores legesque & instituta in iisdem mutarunt curatius intelligantur. Erectioris autem indolis adolescentibus *disceptandi exercitia* diligenter continuabit, omnemque iis nauabit operam, qui non solum audire, sed & interrogari cupiunt, vt prodant ingenii vires doctrinaeque profectus institutis ad hanc rem aptis *examinibus*, dummodo qui hoc volunt nomina tempestiue profiteantur, vt de hora commoda conuenire possit.

HERMANNUS BECKER, LL. D. & P. P. O. impedita, tam per praeterlapsi semestris spatii breuitatem, quam pertinaciam aduersae per decem hebdomades valetudinis, collegia iuris feudalis & ecclesiastici ad finem perducendo, ac manu ductionem in iurisprudentiam civilem priuatam ad ductum collegii pandectalis ad festum vsque paschatis continuando, per instans semestre hybernum praeterea commilitonibus suauissimis of-

offert operas in exponendis principiis aut iurisprudentiae criminalis, aut ecclesiasticae tam publicae, quam priuatae, aut denique publicae imperialis in genere, electionem eorum optans, exoptansque, ac propriam determinationem, vt desideriiis facere possit satis. Faxit Deus, vt omnia cedant in sui nominis gloriam, & academiae commodum.

IN FACULTATE MEDICA.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, D. Per instans semestre hibernum Prælectiones publicas *Materiae* sic dictæ *Medicæ*, ad ductum *BUCHNERI* destinabit. Privatim occupatus erit in tradendis *morborum historiis specialibus* ab Auditoribus evolvendis, & ad praxin adplicandis. Neque iis deerit, qui *Medicinam forensẽ* denuo docendam desiderabunt.

AUG. SCHAARSCHMIDT, Med. D. & P. P. O. Hora post meridiem secunda Osteologiam, ad ductum *seiner Osteologischen Tabellen* docebit. Hora tertia anatomen in cadaveribus humanis demonstrabit, operamque iis offert, qui manum ipsi sectionibus anatomicis admovere cupiunt, quibus hora ante meridiem nona dicata est. Insuper hora XI. Theses suas Chirurgicas privatissime exponet.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

PAULUS THEODORUS CARPOW, D. Orientaliumque Prof. P. O. & C.

Publicis horis atque gratis,

1) *Psalms Davidis*, e *fontibus* suis curate explicare, iisdemque *Versiones* quasdam usu receptiores, *Germanicas* hac vice, præsertimque nostram *B. LUTHERI*, atque *Judeorum*, criti-

tice contendere, iuicemque has conferre, sedulus perget.
Perget haud minus,

2) *differere* de capitibus selectis *Antiquitatum hebraicarum*, Ecclesiastico - Politico - Oeconomicarum, cum adplicatione directa ad *illustrationem Scripturæ S.* locorum, præsertim difficiliorum.

Privatis quoque & *privatissimis* aliquot horis, ad desiderium solertium Commilitonum

1) *Lingvas* eos docebit *Orientis*, utpote: *Hebræo-Biblicam*; *Hebræo-Rabbincam*, addita *Hebræo-Teutonica*; *Chaldeam*, cum *Syriaca*, *Arabicam*, & porro. Neque deerit studio suo iis, qui forte

2) *S. Scripturæ* hunc vel illum *Librum* seorsum cupient explicatum. F. DEUS! F.

ANGELIUS JO. DAN. AEPINUS clementissime sibi demandato negotio consuetos labores academicos resumere impeditur, quare nec optimis Commilitonibus suam his tabulis commendare operam sustinet.

WENCESLAUS JO. GUSTAVUS KARSTEN, Phil. D. & Math. Prof. Publ. Ord. hora VIII--IX Matheseos suæ Theoreticæ Partem Elementarem ac hora XI--XII ejusdem libri Partem sublimiorem explicabit. Præterea hora IX--X commentabitur in *Cel. KÆSTNERI* Anfangsgründe der angewandten Mathematik; hora denique II--III. Artem docebit Agrimenforiam.

EOB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O. hora Xma praeleget Historiam præcipuorum Europae regnorum & rerumpublicarum, ad filum libri Achenwalliani: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundrisse*, cuius noua hoc anno prodiit editio.

Deinde rerum in Imperio R. G. gestarum summam, cum perpetua ad Jus Publicum adplicatione, enarrabit, ductu Illustris

stris PÜTTERI; cuius compendium nouissime quoque typis
euulgatum est, sub titulo: Grundriß der Staatsveränderungen
des Teutschen Reichs. Horam Auditoribus commodam e ta-
bulis publicis significabit.

Denique nec iis deerit, qui statum & formam hodierno-
rum Europae regnorum rerumque publicarum cognoscere, & in
adquirenda vtilissima hac notitia opera eius vti volent.

M. OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, LL. OO. P.
P. O. hora II. in Ill. *Michaelis* librum, qui inscribitur: Beur-
theilung der Mittel, die ausgestorbene hebraeische Sprache zu
verstehen commentabitur. hora IX. fundamenta linguae e-
braeae secundum praecepta Danziana tradet. h. XI. Noui Testa-
menti arabici explicationem continuabit. h. II. Noui foederis li-
bros e fonte graeco cursoria, quae dicitur, lectione ita expé-
diet, vt annuo spatio absoluantur. h. III. Lectiones cursorias in
Prophetas priores aperiet. h. IV. *vel* criticae sacrae, *vel* syn-
taxeos ebraicae praecepta pro commilitonum desiderio dabit.
Omnes praeterea philologiae orientis partes lubens praeleget,
si modo sunt, quibus hae dapes sapiunt.

JO. NICOLAUS TETENS, Physices Pr. P. O. Deo be-
nignissime annuente

- 1) hora VIII--IX. *physicam theoretico-experimentalem* ad-
ductum Ill. *Segneri*, ut &
- 2) hora II--III. *Philosophiam practisam primam & mo-
ralem b. Baumgartenii* prælegere continuabit; His vero addet
- 3) hora XI--XII. *Metaphysices Baumgartenianæ*, &
- 4) hor. III--IV. *Institutionum Philof. ration. sive Logices
b. Corvini* expositionem.

PRI-

PRIVATI DOCTORES.

J. M. MARTINI, I. V. D. sequentia offert collegia, spatio sequentis semestris hiberni absoluenda

1) historiam patriae, cuius breuiorem delineationem ab auditoribus calamo excipiendam dabit, hora 8--9

2) ius germanicum praeunte Dn. Eisenhardt hora 9--10

3) historiam iuris vniuersi ad libellum Dn. de Selchow hora 10--11


4) collegium institutionale, vel si magis placet, feudale hora 11--12; priori casu Heineccium, posteriori autem Wolfium fundamenti loco ponet.


M. S. S. WITTE per instans semestre hiemale sequentes offert praelectiones:

Hora VII--VIII. Artem cogitandi praeunte celeberrimo Darjesto in via ad veritatem docebit. Iuris naturalis etiam praecepta duce eodem explicabit; ita quidem, vt ius naturae stricte tale hora VIII--IX; Ius vero sociale ac publicum vniuersale X--XI. explicaturus sit. Disciplinam praeterea I. G. vniuersaliorem publice exponere promittit, nee deest illis qui arti disputatoriae operam dare velint.

J. G. a CONVENENT, S. S. Theologiae Candidatus, Divina favente Clementia per instans semestre linguam Gallicam docebit. Atque non solum praecepta hujus linguae fundamentalia explicabit, sed etiam artem loquendi, scribendique gallica tradet.

P. P. *Bützovii* circa Festum Michaelis A. MDCCLXIV.





...nendis principiis aut iurisprudentiae crimi-
caiae tam publicae, quam priuatae, aut de-
rialis in genere, electionem eorum optans,
opriam determinationem, vt desiderijs fa-
xit Deus, vt omnia cedant in sui nominis
iae commodum.

CULTATE MEDICA.

TOPH. DETHARDING, D. Per instans
praelectiones publicas *Materiae* sic dixit Me-
TCHNERI destinabit. Privatim occupatus
arborum historiis specialibus ab Auditoribus
oraxin adplicandis. Neque iis deerit, qui
denuo docendam desiderabunt.

ARSCHMIDT, Med. D. & P. P. O. Hora
da Osteologiam, ad ductum seiner Osteolo-
bit. Hora tertia anatomen in cadaveribus
it, operamque iis offert, qui manum ipsi
is admovere cupiunt, quibus hora ante
est. Insuper hora XI. Theses suas Chi-
exponet.

TATE PHILOSOPHICA.

ORUS CARPOW, D. Orientaliumque
tque gratis,
vidis, e fontibus suis curate explicare, iis-
sdam usu receptiores, Germanicas hac vi-
stram B. LUTHERI, atque *Judeorum*, cri-
ti-
* 3